Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mortui estis et israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus et redemptor tuus sanctus israel.

Quaeres inquit tyrannos et hostes eos qui tibi rebelles fuerunt et non invenies. Sicut psalmista ait. Quaesivi eum et non est inventus locus eius. Et quare non invenies? Quoniam sicut erunt quasi non sint. Et melius quidem eis fuerat non esse quam sic esse. Et velut consumptio erit omnis hominis bellantis adversum te. Velent enim impugnare si non possunt. Precep velut consumptio est eis. quia et toto consumpti ueniunt. hoc autem ideo fiet quia ego dominus deus eius resistere non valet. apprehendi manum tuam et dixi tibi. Ne timeas quia ego adiuvo te. Noli timere vermis iacob. Noli timere ceteri aplicis qui contemptui et despectus ad similitudinem hominum fuistis eis obprobrium hominum et abiecto plebis. Nolite timere qui mortui estis et israel. Vestri qui a synagoga separati estis qui mortui mundo deo viuitis. Quique prono morientes dicitis. Propter te mortificamur tota die. Ego enim sum auxiliator et redemptor vester.

Ecce posui te quasi plaustrum trituranti novum habens rostra serrata. Triturabis montes et comminues et colles quasi pulverem pones. Ventilabis eos et ventus tollet et turbo disperget eos et tu exultabis in domino. et in sancto israel letabis.

Sic inquit unus sententiis uidelicet in ultimo due montes et colles superbos et claros reges et principes triturabitis et comminuetis quasi sub novo plaustro et bene serrato sicut palea conteritur. Ventilabitis eos ventilabro discretionis. Et quia aut frumenta non eriunt ventus eos tollet et turbo ultime tempestatis eos dispergit. Vos autem o apli exultabitis in domino et in sancto israel quem tuic facie ad faciem videbitis. letabimini.

Cum egentes et pauperes quaerunt aquas et non sunt lingua eorum sitiunt. Ego dominus exaudiam eos sanctus israel non derelinquam illos. Aperiam in superiis collibus flumina et in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum et terram inviam in rivos aquarum. dabo in solitudine cedrum et spinam et murtum et lignum olivae. Ponam in deserto abietem ulmum et buxum. ut videant et sciant et recogitent et intelligant pariter. Quia manus domini fecit hoc. et sanctus israel creavit illud.

Egentes namque et pauperes gentiles sunt qui neque legem neque prophetas noverant. quorum divitias videri habundabant. hi autem aquas quaerebant post phylosophos currebant. Et non erant qui eis darent quique veram eis sapientiam apparerent. linguamentis eorum sitiebant quoniam nondum ad eum fontem venerant qui aut. Qui biberit ex aqua quam ego do. non sitiet ultra. Ego dominus exaudiam eos sanctus israel quemadmodum venerunt et sapiam desiderant. Et non derelinquam illos. sed ero in eis fons aquae saliens in vitam aeternam. Aperiam in superiis collibus flumina quibus irrigentur. Superiori colles illi sunt qui ante nos oblivisci semper oculos ad deum habent. Quibus psalmista dicere possunt. Oculi mei semper ad dominum. fontes autem in medio campi doctores sunt in medio ecclesiae. Quae id campi vocantur quoniam coarctae coluntur et ubi semine seminantur. de quibus dicit. In medio ecclesiae aperiet os suum. Ponam desertum in stagna aquarum et terram inviam in rivos aquarum. quoniam gentes prius deserta et ad quas nemo sacerdotum accessit ubi velut in terra deserta leones et dracones maligni spiritus habitabant nunc sacrum fluenta scripturarum et nunc evangeliorum flumina profundunt et influunt. dabo in solitudinem cedrum et spinam et murtum et lignum olivae et abietem et ulmum et buxum. Hae autem arbores quae aliquae parvae sunt et magnae. Aliae vero humiles et parvae diversitatem gentium et hominum qui in ecclesia continentur designat. In qua non solum cedrus et abies videlicet reges et principes et non solum murtus et olivae quae et humiles semper sunt et oleum vitale praestant. per quas sacra pietatem et misericordiam plenos intelligimus venire et spina et ulmus et buxus similiter ad deum una voce clamant. Abba pater omnesque communiter dicunt pater noster. Omnes igitur et unum dominum habemus et unus patris filii sumus. Non igitur indigneantur maiores arbores si iuxta eas minores orantur. Immo sua umbra eas protegant et defendant. Quae cuique autem infirmant curant ad murtum et olivam ut ab eis vincte recipiant sanitatem. Tu autem spina quae dominum coronasti age primam. Tu vero ulmus infructuosa sustine iniurias ut misericordiam propter recipias. Buxus autem diligenter auxiliare et quidquid in ea scribitur firmissime teneat ut videant et sciant et recogitent et intelligant pariter nullique sit mirum eas seniores. Secundum apostolum vobis dicamus omnes. hoc autem fecit manus et virtus domini et sanctus israel creavit